



Dar
p. Radzy
Mierkowskiey

15/10.76.

CHRONICA Privata

Tomus 1mus.


BIBLJOTEKA
Jagiellońska

[illegible]

judicio accusabunt, et tota æternitate (nisi resipu:
eris) tormenta pro te nova et nova à Divina Justitia
exigent. Jam forte præ multitudine non recordaris
sed recordor ego et singula tibi enumerabo, magis autē
recordatur justus Judex in illud diem quo te sine mi-
sericordia judicabit; Recordatur et ille ex orco tuæ
vitæ censor accuratus dæmon, et grandem tuorū scele
rū Catalogum producet in conspectu Judicis Dei. Toties
Irregularis factus es et quis te absolvit quis tecum
dispensavit? Quoties celebras baptizas aliaque Sacra
menta administras, toties peccas mortaliter! Sacrilege
Juda, adhuc et Aras Dei violasti, et Deo dicata a
piis hominibus donaria surripis ut Meretrici et A:
masiæ dones. In particulari habe, ne dicas me
temere loqui; Ex Monstratorio forte, auream illā
figuram Bmæ, vel Sancti alicujus, sacrilego ausu
rapuisti et dedisti meretrici. Obtestor te per
Christum (si in eum credis) Restitue hanc rem
suo loco necdum enim est in alienis manibus, proter
eas quibus dedisti, estque domi tuæ occultata, modo
pecunia suppleas. O te infelicem lupum
non Pastorem quomodo tu Pœnitentes arguere
potes cum Carnalitates furta sacrilegia confitentur?
Nonne tibi conscientia testis invincibilis loquitur Me:
dice cura te ipsum. Visum est in Dnō ut sic scriberem
quia bene volo tuæ Animæ; quodsi tu non curabis

imò forte videbis, ad Divinum positus tribunal te pro uoco, ubi tua causa severius arguetur et judicabitur. Ego interim pro te DEum placabo. Et nisi mihi uel potius DEo promiseris efficacem correctionem, ego te ad Episcopum deferam, sigillum enim secreti est, non Confessionis in quo facile me resolvit Theologia, ubi de tanta re agitur. Amo te mi frater in Christi visceribus et ex corde desidero ut DEum ames in aeternum. Necdum tibi ad salutem praeclusa janua est, sed tamen ut supra innui Modicum tibi tempus restat, emenda ergo in melius quia Dies Domini sicut fur veniet. Novit Dominus mutare sententiam si tu noveris mutare delictum. Aug. in Psal. 50. Neque nomen meum scribo, literas reddens illud referet, imò id toties retulit. Vale, Deo vive, mihi omnino respondeas per eundem qui meas reddet legatum, si non feceris scio quid faciam.

Eventus literarum is fuit. Turbatus multum is, venit Gedanum, et suam Meretriculam obviam habuit, cui post multas in me imprecationes, hoc aperuit Siquidem ita me tractant Jesuitae, ego desero omnia et vado Berlinum, ubi me nemo de eum arguet. condicto tamen loco, ad ulterius colloquium cum meretrice, nam in via diutius colloqui non poterant. Illa continuo ad portam Collegii

nocti venit me evocat, omnia enarrat, adjeciebat etiam ad infernum, jam ibi non addet scelus suo scelus sed commissa luet, sciebam enim omnino non facturum quod minabatur. abiit ille meaque dicta eidem fideliter detulit, ille rediens domum paucis post hebdomadis misere mortuus, habuit quidem Religiosum quendam casu transeuntem dum moreretur, sed jam extra se plane erat neque quidquam signi poenitentiae edidit. Illa vero mereticula, dimidio anno plus minus post ejus obitum in morbum incidit, similiter tunc non nisi habuit Sacerdotem cum extra se erat, accepit tamen absolutionem, quia saltem ad initium morbi poscebat Sacerdotem.

Responsum
Summi Pontificis Innocentii XII
fauorabile Societati 1693

Cardinalis quidam Hispanus supplicabat eidem SSmo ut impediret Congregationem Societatis Rom. de qua Romae cogenda consultabant PPres Soc. ex variis Provinciis collecti tempore Adm. R. P. N. Thyrsi Gonzalez Praepositi Generalis ubi de ejus quodam Libello variae erant Controversiae. Audivit autem tale responsum, <u>Habent Patres Societatis suum Institutum juxta illud agant, Non est res cum Bonifratellis</u>. [illegible].

× # Exemplum Horrendum

Anno 1694. Nobilis quidam Gurkowski (nomen postea subticuit) Studiosus olim in Collegio Lublinensi Soc. JESU, a Scholis ad Aulam Illmi Castellani Ravensis gradum fecit, ibidemque Aulicam ducens vitam coepit male valere extreme, mox grandi voce jussit advocari Aulam et advenienti dixit, ~~Strasznego Boga rozkaz czynie~~ Tremendi Dei mandatum exequor Iam ego damnatus sum in ignem aeternum, pro his pro his etc: (quae enumerabat) peccatis. Post hoc jussit advocari quandam mulierculam ex Gynaeceo Aulae eique in praesentia omnium dixit, Tu esto parata ad me sequendum, pro his pro his et illis sceleribus nobis communibus. Tum ad Illmum Castellanum sic, Severam reddes Deo rationem Illme Dne, quia mihi viam ad Sacerdotium praecludebas, maxime autem illa verba et forte quinquies, horrenda voce ingeminabat, Tremendi Dei mandata exequor jam ego damnatus. Burgrabius Vir prudens ei ita locutus est, Delirias tu, utique et maximos peccatores Deus recipit modo convertantur ad eum, tum ille, sua illa dicta horrenda ingeminans clamabat Damnatus sum, quaerit Burgrabius Unde hoc tibi constat quod damnatus sis? respondit Et quomodo damnatus suam Reprobationem non debet nosse. Tum Burgrabius advocavit ei Saecularem Praelatum cui confessus, sed post Confessionem iterum suas voces ingeminabat Damnatus sum damnatus sum, Deus mihi imperavit hoc palam facere ad terrorem juventutis

Tu vero scelesta (muliercula illi) esto paratam me sequi et haec horrende multoties ingeminabat. Venit interim unus Pr. e Coll. Soc. JESU Lithuanus, sed moribundus ita obmutuit ut ne suspirium ederet; alii tamen dicunt quod semel pronuntiavit verbum Doleo, et absolutionem acceperit. Mortuus, ex nunc super carbones denigratus apparuit. Haec ex Collegio Lublinensi a fide dignis, et testibus spectatoribus.

Exemplum
De aliquot Abbatibus damnatis

In quodam Monasterio (tacetur nomen, quia res recens) Ord. in Polonia, mortuus Monachus et de more sepultus, post aliquot hebdomadas, dum Sacristanus vadit pulsaturus pro Matutino ante noctem mediam et ecce flectit monachus orans et ante eum ardet candela. Pulsat Sacristanus interimque cogitat quis ex Fratribus ita anticipavit tempus surgendi, finito pulsu, abit ut videat quis flectat advertit vultum defuncti nuper monachi, subito horrore perculsus in fugam se proripit, insequitur mortuus et clamat Laudetur JESUS Christus, nolite timere Frater utcunque hac voce animatus Sacristanus stetit, atque Per Deum utique tu es mortuus, quid hic agis, esne in via salutis, Sum inquit, sed rogate Abbatem et Fratres ut me orationibus adjuvent, et dicite Abbati, quia a septuaginta annis nullus Abbas ex hoc Conventu salvatus, his dictis disparuit. Haec retulerunt Monachi illius Conventus R. P. Thomae Modzianowski Soc. JESU, qui dicebat se nosse aliquot Abbates illius Monasterii, paucis enim annis aliqui vivebant.

Exemplum de Episcopis

Illmus et Rmus D. Nicolaus Gniewosz Episcopus
Cujaviensis vir Zelosus et Vitæ integerrimæ cum ali-
quando in Pago Smarzenice dicto, qui Episcopatus
degeret, et Solitarius in Conclavi legeret ea quæ tales
decebant Episcopum, cœpit ei apparere umbra quasi
Episcopi, et transiens penes eum abiit ad aliud Conclave
sic et secunda umbra similiter infulata fecit, et
plures una post aliam cœperunt exire ex angulo
post fornacis, ingenti igr timore perterritus Dixit
Omnis Spiritus Laudet Dominum, ingemuit multum
ad hæc verba quælibet ex umbris illis, tum ille iterum
quærit Per Deum qui vos estis dicite, unus inquit
Episcopi Antecessores tui, Estisne in via salutis ro-
gat? tribunus cum lamentabili gemitu hoc solum re-
spondit O Rara Novitas Episcopus Polonus in cœlo
et disparuerunt omnes, Episcopus vero sicut antea
probus longe arctiorem post duxit vitam, narravitque
id totum confidenter Excellmo Dno Dno Floriano
Casimiro Czartoryski Duci in Klevan, qui etiam
post illum eius successerat in Episcopatum Cujaviensem
et id narravit Personis Religiosis fide dignis et doctis

Thesis Carmelitarum con:tra Soc IESU oppugnata ab uno e Societate IESU

Coloniae proposuerunt Carmelitae publicae Disputa:tioni Theses, inter quas haec una fuit. Correctio Fra:terna et secreta admonitio delinquentis ad sui emenda:tionem est de lege naturali et Divina per se loquen:do, nam Matthaei 18 dicitur Si Frater tuus pecca:verit in te, corripe ipsum inter te, et ipsum solum. Cu:jus proinde legis omissionem, quamvis non invideamus Societati IESU, ut propriam et specialem, nos tamen illam practicamus cum Christo.

Perstringere videbatur haec Thesis Regulas illas Societatis, quae prohibent mutuas Reprehensiones, et jubent aliorum defectus ad Superiorem deferri. Quare ad disputationem illam cum praemiis habitam (ma:ne enim, alias plane Theses Carmelitae distribuerant in quibus supra memorata non continebatur, ideo a praesentibus licet Doctoribus Nostris, oppugnari non potuit) Missus est a Collegio P. Antonius Blessen qui eam ingeniose adeo oppugnavit, ut Honorem So:cietatis optime defenderit, hoc quidem Argumento

De Fide est vestram Thesim esse Falsam ergo non tolerandam. Probo Antecedens. Si de fide est vestrum Ordinem esse bonum et laudabilem, de fide est vestram Thesim esse falsam, sed illud est de Fide Ergo et Thesim vestram de fide est esse falsam. Probatur major Si de fide est vestrum Carmelitarum Ordinem esse bonum Ordinem et Laudabilem, etiam de fide est

+gm: 1

Societatem esse Ordinem bonu et laudabilem Atqui si de fide est Societatem ee Ordinem bonu et laudabilem Thesim nostram de fide e ee falsam Ergo si de fide est nostru ordinem ee bonu et laudabilem, de fide e nostram Thesim ee falsam.

In quo Syllogismo defendens quidem negabat majorem, sed iussus a Pd Provinciali Carmelitaru repetere, dixit Transeat. Cum denuo iussus a Pd Provinciali repetere, et absolute dicere Concedo majorem, Nego minorem. Probatur Minor Si de fide est Societatem ee Ordinem bonu et laudabilem, tunc etiam de fide est quod non habeat peccatu aliquod et vitiu sui propriu et speciale sed si tale non habeat, de fide est nostram Thesim ee falsam Ergo, si de fide est Societatem ee Ordinem bonu et laudabilem, de fide est nostram Thesim esse falsam.

Haesit hic Defendens cum Provinciali aliisque Carmelitis, tandemque, argumenti pressus, contra formam respondit, et distinxit verba Christi ex Mattheo allata hoc modo; Si Frater tuus peccaverit in te, corripe eu inter te ipsu, si non resignavit famas alius Concedo, si resignavit Nego

Contra Distinctionem, Fratrem tuu corripi posse quando non resignavit famas alius non habetur in Thesi, Ergo Thesis ut jacet est scandalosa qualem orbis prohemodu tota agnoscit. Vix haec ab Oppugnante dicta sunt cu dns Brequerez

Metropol: Eccles Canonicus, Presbyter, Subregens Gymnasii Lauretani, alique complures tu Ecclesiæ: stici tum Seculares, Domini, sententiam oppugnantis subscripserunt, Thesinque unanimi consensu Scan: dalosam pronuntiarunt. Finita Disputatione Pr: Provincialis Carmelitarum, una cum P Priore, aliisque magni Nominis PP humillime accessit Prem Blessen et errorem deprecari voluit, fassus antea a se Thesin nec visam nec lectam, quod si perlecta fuisset sua voluntate suoque jussu lacerandam fuisse, et in nullius manus oculosque deventuram; Addiditque se suosque Arcana Societatis Instituta carpere, se nihil aliud nisi mutuam amicitiam concordiamque exoptare.

Ad quæ reposuit P Blessen, aliud indicare Thesim ex qua, Seculares alique nihil colligerent aliud quam Carmelitarum a Jesuitis aversionem, ob internas lites, et repostam adhuc alta mente Papenbroch: Historiam, in qua Eliam Carmelitarum Fundatorem negasset. Subdidit porro P Provincialis Carme: litarum; Has Controversias Belgis commissas sunt non veniant illas in Germaniam, in qua Jesuitas Carmelitasque concordes vivere, Germanorum Carme: litarum unum est votum. Insuper rogavit nostros, ne in Collegio male de Thesi Carmelitarum loquerentur, sed errorem optime interpretarentur. ita a Carmelitis discessum est. Re domi comperta, habitaque mox Consultatione, Thesis

ad Illmum Nuncium delata est, qui ut eam legit, mox
Thesin scandalosam pronunciavit, subinde acciri jussit
Provincialem Carmelitarum, quem his verbis affatus
est: Tuus Lector peccavit, posuit ibi scandalosam
Thesin, debet puniri, et saltem medio anno a Lecto:
ratu suspendi, Thesin illam debeo mittere Romam
ad Inquisitionem, ut decidatur ibidem, quid ulterius
sit agendum. Carmelitanus Provincialis et co:
ram Nuntio, et paulo post coram R. P. Lectore Soc:
in Collegio deprecatus est, et ab hoc petiit, ut con
veniret, erroremque condonaret, suaque interposita
Authoritate efficeret apud Nuncium, ne Thesis Ro
mam mitteretur. Respondet R. P. Lector, se nihil mo
turum contra, dummodo Tota Societatis fama reparetur
Quomodo id futurum etiamnum deliberatur
Haec Bamberga Cracoviam scripta 7 Julii 1697

Edictum

Imperatoris Turcarum, Sup: plicationes Publicas intimans in ordine ad Bellum continu andum, contra Leopoldum Im peratorem Christianum
Anno Christi 1697

Soltanus Imperator Orientis, et Occidentis, Domi: nus Dominorum, et verus filius Magni Prophetæ Machometis &c.

Cognoscens magnus Dominus Turcarum ira: tam manum DEI contra Imperium, suosque subditos, quando eos sic affligit et molestat per illorum hostes Christianos mari, et terra aliquoties victores, qui multas Provincias ipsius Imperii ipsi eripuerunt; supponit id factum esse ideo, quod ipse nimium fi: sus suis viribus inferendo bellum Christianis. Quare volens placare iram Divinam, et sui Pro: phetæ Machometis, ordinat expressè, et mandat, ut proximo futuro die Veneris, Lunæ novæ 6ti et 1mi mensis quilibet rigorosè jejunet, non man: ducando, nec bibendo quidquam, donec stellæ in cælo appareant. Mouty verò, et alii Ministri dictis di: ebus vestiti saccis, et cincti fune, vadant oculis de: missis, et barbâ neglectâ, et dispersâ vociferando la: mentabiliter per loca publica, et postea in mecetis seu Moscheo repetant lamentationes:- Garonda dum Moschay Allach Allachu, sed in medio de: bet portari in publico urna Prophetæ Machometis, posita supra equuleum argenteum fumo tinctum, cum capsulis 23 ejusdem metalli, etiam fumo tin: ctis, plenis ossibus Ministrorum, et Spajorum occi: sorum in prœliis, ut dictus Propheta considerando

istam mortalitatem commoreatur ad placandam iram Magni DEI, et id debet fieri quolibet die Veneris. Postea ponatur urna Prophetæ in patenti campo; et circa illam vadat in gyrum species peregrini, et Cives Machnenses cum omnibus caravanis mercatorum, cantando vocibus lamentabilibus lamenta infortunii. Non sonent instrumenta musica, nec tibiæ, nec ulla alia res, sed sola fiant lamentationes, et ululatus. Ultimo die jejuniorum fiat processio universalis quæ debet conficere 25 millia hoc modo.

Anno. Præcedat urna mortuorum cum frameis fractis, et sclopis ligatis, et ruptis arcubus, sagittis, et pharetris contractis, et ista omnia portentur ab hominibus sexcentis vestitis sacco, fune præcinctis, nudis pedibus.

2do. Sequantur tria millia Mulsulmanorum, tincti sanguine, aspersi cinere, qui vadant ululando, plangendo, et percutiendo membra.

3tio. Subsequantur sex millia hominum se flagellantium spinis, qui sint a capite cingulo tenus nudi, et percutiant tergum, et pectus, ut sanguis fluat in terram, sicc è corpore detergatur. 4to. In medio portetur urna Prophetæ à triginta Spagis, truncatis barbis, et mixtacibus, qui circumdentur à triginta Spagis, cum nudis frameis: et isti occidant omnes, qui ausi sunt elevare oculos in urnam Prophetæ, et tales dentur devorandi canibus.

5to. Ad singulos mille passus occidatur unum mancipium Christianum, et unus Judæus, et relinquantur cadavera jacentia in suo sanguine.

6to. Post sequantur triginta Bassæ Provinciarum sine purpura — — — in turbante simplici ex nigra tela, tincta sanguine Judæorum, et agnorum, habeantq manum unam ligatam retro, sine framea, in cujus loco teneat quisq.

caudam camelinam, quæ tangat terram, pulveremque excitet. 7mo. Post hæc sequantur tria millia Ba:nisatorum sine armis, cum baculis in manibus, quem trahant per terram, et media voce disordinatè clament Allach Perrymusat. 8vo. Hos omnes sequatur Vesirus in asino claudo, in turbante cæ:ruleo, et sanguinolento, cum baculo arundineo, quo percutiat suum caput, et plangat noxas præteritas, dicendo: Offar; Millei Zufay. 9no. Sequa:tur una arca plena Aspris quæ jaciantur in terram pauperibus; sed non debent colligi sub pœna colli, nisi finita processione. 10. Clau:datur totum agmen innumerabili multitudine, in qua Suntini, seu eremitæ, et se cultris scin:dant in brachiis, pectore, et facie, et fluat sanguis in terram, ad magis placandam iram Magni DEI, et ejus Prophetæ Machometis: ad quod:libet miliare vociferentur elevatâ dexterâ ma:nu. Allach Zufay Allach Mirey.

Venetiis prodiit in lucem ex Turcico in Italicum idioma: cum licentia Superiorum. Anno Dni 1697.

Copia literarum Summi Pontificis Clementis Papæ XI. ad Imperatorem Josephum.

Charissime in Christo Fili, Salutem.

Vix simile videtur, Copias illas, quæ stipendia faciunt, sub vexillis Majesta:tis tuæ in Italia, per tot ac tantas molestias, et gravissima damna fre:quenti earum transitu, per stationem

Ecclesiasticam, populo nostro illata de-
repente nulla facta belli indictione,
intendisse hostile aliquid adversus easdem
ditiones, nisi actu res ipsa, ex his quae
ad nos nuper allata sunt, nimium com-
pertum esset, id plane evenisse, easdem
copias, loca quaedam jurisdictionis no-
strae paulo ante occupasse, ibique constituto
praesidio, suisque signis explicatis, tam
quam in territo, justo bello conquisito
insedisse, animo ut apparet majora
aggrediendi, ubi novis militijs quae
mox affutura dicuntur, augeantur.
Vides Caesar, haec contra omnem aequi-
tatem, et rationem, contra debitam
nobis ac Apostolicae Sedis reveren-
tiam, contra jura ac rationes Eccle-
siae, per abusum Tui Nominis admissa
Divinis humanisque legibus repugnare,
rectoque opponi titulo defensoris Ec-
clesiae, quo maxime gloriati sunt
Imperatores, ac inclyti Majores Tui.
Non ignoras, quam graviter, et distri-
cte Sacri Canones et Apostolicae
Constitutiones, decertant adversum
eos, qui vim rebus, et Iuribus Eccle-

ius inferunt. Expende itaq quorsum ab:
ripuerint Te. Si modo te jubente, ac conscio
admissum est quod nefas esse videtur Te.
Tuo animo, existimasse prava et iniqua
eorum consilia qui te ad provocandam
tam graviter et tam manifeste Dei i:
ram impulerunt, et pedem sine ulla mo:
ra inde refer, unde certe, animae tuae
pernicies, ne dum perpetua Tuo No:
mini labes, consecutura est. Interim
verò de nobis existima, nos de Divina
ope, quam humiliter et enixe implora:
re non cessabimus, confisos ea animi
firmitate hanc causam et ea omnia
quae tutelae nostrae commissa sunt, com:
plexuros esse; ut nemo unquam nobis
succensere possit; nos muneris nostri
partibus defuisse, aut mediis sive spiri:
tualibus sive temporalibus, pepercisse.
etiamsi cujuscunq rei jactura, et vi:
tae nostrae dispendio, faciendum sit.
Non enim animam nostram pretiosi:
orem facimus, quam nos, dummodo con:
summemus cursum nostrum, commissumq
nobis coelitus ministerium usq ad mortem

fideliter impleamus. Memores siquidem sumus, quemadmodum Te etiam esse oportet, omnes homines, quacunque demum dignitate praestantes, constituendos esse aliquando, ante tremendum illud tribunal coram quo, tum qui fecerint opus suum negligenter, tum qui tradita sibi potestate, abusi fuerint justi judicij iram non evadent; declinantes enim in obligationes, adducet Dominus cum operantibus iniquitatem. Haec cogitatio nos Deo adjuvante impigros in obeundo munere nostro efficiet. Consulat et sibi Majestas Tua. Noli (charissime Fili noster, Nomine Domini Nostri Jesu Christi, cujus vicem indigne gerimus, postremo Te alloquimur) Noli primitias florentis aetatis Tuae, totius populi Christiani scandalo maculare: et ab Ecclesia, quae Sponsa Christi est, Apostolorumque ejus injuria Imperii Tui primordia auspicari, quod quidem ut plane intelligas et melius Deo favente

sapias; Majestati Tuae, Apostolicam be:
nedictionem, amantissime impertimur.
Datum Romae. 2da Junij 1708.

Copia literarum Illmi Palatini
ad Cives Torunenses.

Ad summum jam videtur pervenisse
audacia vestra, proinde speramus, brevi
eam, fundum ipsum tartareum peti:
turam. Non satis erat criminis, Templa,
fundos Ecclesiarum recepisse et per
tot annos retinuisse; non satis sibi
subjectam plebeculam Catholicam, inju:
rijs affecisse; non satis Religionis
nostrae avitae, sacras ceremonias, non
Divinis tantum, verum et nostris an:
tiquis et recentibus legibus vallatas
insolita pervicacia impedivisse. U:
nicum restabat, ut et Religiosos et
nostram Religionem, quasi captivam
teneretis: Verum est illud: haereseos
scelera, uberius hydrae capitibus renasci
Aderit ultor sceleris Deus et fortis,

licet moderata, et lenta Invicti Regis nostri, altera Herculea, manus. Ego in vicinia, non tantum ad vestram insurrectionem, cum imbelles PP. Reformatos detentos intellexi, verum muneris et officii mei duxi, solenniter contra vestram, quam tecto violentiis, ne dicam latrocinij nomine dicitis securitatem, protestari: Lixas quoq et calones vestros, in excubijs degentes arestare tam per literas quam per famulos meos. Spondeo etiam vobis nec in foro fori nec in theatro Reipublicae, causam hanc Divinam, Religionis et Religiosorum me neglecturum. Quod superest valete et tandem aliquando discite Deo honorem, Regi subjectionem et Nobilitati debitam observantiam praestare. Dabam in Gzyn 9. Mensis Junij 1641.

Dominationum Vestrarum

Amicus ad Aras

Pawlus Dziatynski
Palatinus Pomeraniae

Acclamatio Poëtica
Facta Danieli Papebrochio

Christiadas vicit Papebrochius! attamen ipsum
Censores Fidei, non satis usque probant
Utraque pars sileat: maledicta et scandala cessent
Unicuique suus, sic remeabit honos
Innocens Papa id vult, et quicunque sub illo
Exclusis bellis, gaudia pacis amant
Vos reliqui Belgae requiescite, praelia mentis
Theoriae, et Praxis praelia ferte procul

Responsio.

Nec vicisse mihi laus sit, nec vincere curas
Vincat et aeternum floreat Ordo Sacer
Sed vincat ratione, dabo plausum ipsemet illi
Vincere si nequeat me sinat aequa loqui.
Vult pacem Innocens? veniat pax optima vero
Sed veniat libris pax simul illa meis
Stigmata tollantur tot inusta insontibus et mox
Pax erit Eliadis, Eliadumque Choro
Bella movere piget nullos habitura triumphos
Nemo mihi plaudat nemo trophaea locet.

Sana Fides, sine felle styli, sine crimine libri
Doctaq posteritas, laus erit ampla satis.
Scommata nil prosunt, nil tetra calumnia: in ipsum
Authoris redeunt, crimina ficta caput
Qui volet his purget, mihi vera et Theologiae
Subsidio venient: suggeret arma Deus
Acta dabo Divûm, si fors subrepserit error
Corrige: erit moniti gratia magna dati.
Hoc videt Innocuus, sed iusto videt, ut ore
Sustineat clauso, crimina cuncta reus
Et sinat ut purget, quod quod malus intulerit illi
Fraude potens sola, convitijsq dolor
Raptus honor libris, donec reparetur et omnis
Haeresis expertes, fas sit ubiq legi
Praelia queis Belgae turbant, praelia mentis
Theoriae et Praxis, non reor esse mea
Dogmata Apostolicis placitis contraria esse.
Dissidio nullo Belgica scissa gemat
Est Pater Innocuus, qui nunc amor ibibis ethi
Pacificae frondis, cinget honore caput

Varsoviae ex [illegible] hora 10 [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

pronissimum. [illegible] Cardinalis [illegible]

tatem, commendationem illam [illegible] ac

ter powiedział: [illegible] in corde gereret. [illegible]

labores et merita in Ecclesiam, [illegible] sine contradictione

[illegible] A [illegible] audientiam [illegible] contentissimus [illegible]

[illegible] Generali pro [illegible] [illegible]

Grymaldy prędko do Chiny [illegible] na miejsce

Professoris Mathematices (który [illegible] Chinens.

który po śmierci X. Verbiesta [illegible] [illegible]

[illegible] dworu [illegible] [illegible]) [illegible]

[illegible], et omnibus [illegible] eius, tum pro [illegible]

Regno Sinensi et [illegible] [illegible] etiam

Viaticum, asserens illam missionem suam et cordi [illegible]

multis aliis hominibus [illegible] [illegible]

w Chinie, [illegible] reditum X. Grymaldi, [illegible]

Mathematici Imperator Chinensis commisit [illegible]

plenet [illegible] X. Grymaldy, [illegible]

Niemiecki [illegible] [illegible] [illegible]

w [illegible] omnibus [illegible] et [illegible]

bus in [illegible] testimonium [illegible]

omnes Cardinales de rebus [illegible]

[illegible] Cardinał [illegible]

Benedictino [illegible] extolleret [illegible]

et non alias Religiones, [illegible]

ciej. Pisano ztamtąd, jako to in damnum et praeju:
dicium Rusticorum, jakiz że Jezuitas n' zrzucą una
Religionum, ale Imperator vindicando ea, ab Haereticis
et Turcis bendt ocaliwali. Jako Dnus Juncorum illorum
pro pecunia grandi, to jest pro Saracene laboribus Judic:
ribus etc. Jul[illegible] Jezuici zjechali, wszystka Euro:
pa w Heretykach się obrociła et cum magno peri:
culo caeli, et dignitatis nostrae et Sanctae Sedis Apost.
Nieboszczyk Jedynego Katolika, w Węgrzech, Niemczech
etc. Odezwał się zatem Kardynał jeden Dominikan,
że etiam sua Religio, multa fecit et facit adhuc in
Ecclesia et pro Ecclesia Dei, Lecz Imperator n' utaj
illa tak jak Jezuiki. Odpowiedział Kolonicz. Iz
Jm. Zakonnicy wprzód chcą umieść do Palacow
[illegible] do Miek, do Wczasow, Chcą tylko pilno:
wać, i tam tylko gdzie Jezuici drogę uścielą. Jezui:
ci zaś nie tak ale gdzie, zaraz daią fundacyę, chcą
wszędzie wprzenadowanie, Naworzucić, Gdzie, i chłodne
lmiże jeden. Zaraz na tego miejsce pcha się pro:
[illegible] ustanie jeden, zmarł i wyszedł, i chorobami zwy:
ny na tego miejsce drugi. Zaraz gotowi są, i na:
[illegible] etc. Te Jezuickie Ucieczki, te wcdaży i [illegible]
[illegible] in [illegible] dac dziękowaniu mu uwzyscy Kar:
dynału, powiedając, żeśmy nie byli tak istis rebus
instructi. Rzecze do onego, ale my co nato patrz[illegible]
[illegible] sumus instructissimi, i umiemy Sza:

cowai prace. Gdyby mi dał Pan Bog, Papieżem by-
dzował bym, niejednego ani dworu, ale szedździe-
siąt Kandydatów z Jezuitów, a widziałby świat co
by mi uczynili pro gloria Dei. Taki zelus tego
Kandydata, ktoremu Ociec służy, gdy mu ciężko
zalecał Societatem. Rekt. gdybyś Waszmość tu w Kolle-
gium mieszkał, chciałbym żebyś we wszystkie Kon-
gregacye wchodził, et haberet curam Societatis.

Secreta vini hungarici ×

Pro S. Urbano in dolia colligitur
Pro S. Jacobo mutatur, relinquens a-
quam ad extra.
Si post Festum Corporis Xi immediate
appareat iris, et post Festum S. Bartho-
lomaei pluat semel, corrumpit, si iterum
pluat, magis corrumpit. Si pluat 3tio
maxime.
Vinum aquosum probatur 1mo
Stipula straminis, seu bovino illita,
mergatur ad fundum, extracta, si rorem
seu guttas in se habeat vinum aquosum est.
2do. Decorticata pyrus, superimponatur
vino: si mergatur bonum probat, si
supernatet aquosum.

Vinum in dolijs corrumpit, si floreni cinct, et dulcia habeat, multum ugia ceptis caryofialibq, quod vinu acuunt.
Vinum aquosum fiet, si uva in pluvia vel post illam proxime colligatur.
Optimum vinum, quod in loco pretium habet 12 florenorum. Singuli illorum floreni valent nostros .3.
Ut vinum sit dulce, imponatur illi lapidum filo suspensum; sic dulcescet ad 8. septimanas.
Vel favus ex tela factus, coquatur in saccaro canarino libra unius affusa 4ta parte illa aqua: sic coctus et complicatus vino imponatur.
Media probata, sed illicita.

Collegia Societ[atis] Jesu in Regno Pol.

Anno 8 a morte S. Ignatij venit Societas in Poloniam. Mortuus B. Pater Anno 1556 ætatis 65. Conversionis 35.

Illmus Card: Hosius nros duos ex Austria duxit manserunt Helsperga aliquandiu. An: 1564 Ijsdem duobus alijs additis Brunsbergæ Collegium inchoarunt 1565 in quo P. Schwarz Provincialis mortuus.

2dum Pultoviense ab Episcopo Andrea Noskowski An: 1565 cujus P. Rector Stanislaus Rozrażowski.

3tium Vilnæ ab Episcopo Valeriano 1569 Superior P. Balthasar Hostenus Bohemus postea Rector P. Stan: Warszawicki 1570.

4tum Posnaniense ab Adamo Konarski 1571. P. Jacobus Wujek cum P. Symone Wysocki primi. Scholæ apertæ 1573

5tum Jaroslaviense 1573, Ædificium cœptum 1580 Nostri ex Præpositura migrarunt 1583. 9. Augusti fundatum a Barbara Ostrogska ... Palatissa Sandomiriensis

6tum Calissiense inchoatum 1584 a Stanislao Karnkowski Mense Augusto, ubi deinde Congregatio Provinc: celebrata.

7mum Lublinense ei dedit initium P. Stan: Warszawicki et P. Simon Wysocki cum 2 Fratribus 1582. Wielew. p. 19.
8vum Niesvisiense eodem Anno 1582 per modum Residentiae a duobus coeptum.
9num Plocense 1580 similiter a duob.
10mum Claudiopolitanum 1579 cui Provinciali P. Francisco Sunerio Hispano
simul praefuit P. Wujek, in Monasterio degebant post in Civitate migrarunt 1581.
11mum Rigense 1582 inchoatum.
12mum Derpatense cuius initium 1583
13tio Cracoviae ad S. Stephani duo apud RD. Thomam Plazam initio habitarunt
1579. Novitij commigrarunt 1586.
14to ad S. Barbaram ibi migrarunt 1582
15to Leopolim duo vocati 1585 P. Ther. bestius cum Perdica Brzozowski Novitio
Ziq Fabricij Ostawic ibiq fuerunt sub Anno 1586 quo Rex Stephanus mortuus
Manserunt anno apud D. Adamum Sacristanum Cathedralem, dein penes Scholam
in angulo Tandem migrarunt ad eum locum in quo sunt.

16tum Sandomiriense 1602

17mum Cameneum Nostri vocati

18vum Luceoriae Schola aperta Fundatore Illustrissimo Pauli Wolucki V. Superiore P. Sigismundo Obricio 1608. Wielew. 383. 385.

19num Premisliense Anno [illegible]

Plocense 1610

Lomzae . Crosnae.

Torunij. 1600.

Gedani 1584

Vilnae Domus Professa 1605.

Vilnae Novitiatus 1605.

Mariaeburgi 1619.

Bidgostiense 1618.

Ravense 1624

Brestiae 1629.

Varsaviae Domus Professa

Valcij 1620.

De Clade Suethica

Quem tot quassivit tenuis Maio Suetica una,
Quaerenti fuerat Pultava nonne scopus.
Nunc an non dudum est meritis repetire; salvae
Vis anagramma novum! Pultava vapulat ehi
Carmen habeo, nullum cui det caesura decorem
Caesura haud opus est, Pultava nonne dediti

Frigore inscribe: Piper cum vertere retro advers
Quis suadeo, Moschum grammaticum esse neget
Suo Moscho ad gustum fuerat de sanguine succi
Ad condimentum quis deerit: anne Piper.

ContrItIone M. praeCeDIt sVperbIa.
Prov: 16 v. 18.
Et ante ruinam exaltatur spiritus. eodem
compositum in Bohemia.

Anno 1709 dum recuperarent
Ecclesias Catholicas ab Acatholicis
in Silesia, inventae sunt duae
imagines. In una depictus desu:

-ificium Martini Lutheri, et Carolus
Rex Sueciæ, solvens Cæsari Christianis-
simi Victorias quas ipse sibi, in capti-
no attulerat.

In 2da Icone erat depictus Cæsar
in singulis capillitij cincinnis, sin-
gulos Jesuitas habens, qui ad pecti-
nem manu Caroli admodum [illegible]
bant in terram. Retulit oculatus
testis Generalis quidam Exercitus
Moschovitici.

Ex literis Patris Baldigiani, qui
disposuit ad mortem Papam, eique a- Innocentium 12mum
stitit, nocte ac die. datis Romæ
3. 10bris 1699.

Heri idest 2da 10bris hora 5 noctis,
vocavit me Pontifex, dixitque se esse
in summa inquietudine, nec spem
esse claudendi oculos, tota nocte.
Dixi, cras esse Festum S. Xaverij,
et me juxta mandatum suæ Sancti-
tatis dicturum Missam, ad Brachium
Sancti, confideret sua Sanctitas, in

ejus ope et se illi commendaret.
Annuit et volebat votum facere in
honorem Sancti, sed suasi standum
intra terminos propositi, quod et
fecit. Itaq postquam id fecit,
et postquam Reliquijs Sancti fu:
isset signatus, immediate somnus
illum invasit, dormivitq horis
5. quietissime ad instar sani.
Expergefactus, recurrebat ad San:
ctum gratiasq ei agebat dicen
do: per totam infirmitatem
non se habuisse noctem melio:
rem. Deinde jussit me ire ad
celebrandam Missam, ad Brachi:
um Sancti, eiq gratias agere, et pe
tere, ut quandoquidem ego sanus
illum visitabam, ille me nunc
visitet. Addit Pater idem, tan:
tam continuo a Papa demonstrari
devotionem, et pietatem, ut in
paucis Religiosis, tanta invee:
niatur.

P. Ferdinandus Ponce Provincialis Baeticae, in suo breviario scriptum habuit A. D. 1626.

Marcum Socium B. Fran: Borgiae Societatis nrae Generalis, dixisse Pri Vincentio Matretto, se quadam die invenisse in cubiculo laetum P. Borgiam, et causam sciscitatum ab eo audisse: Deum diligere Societatem et concessisse illi privilegium quod concessit Ordini Scti Benedicti, eos qui primis 300 annis perseverassent in Societate, salvos fore. Cum autem ei objecisset visionem P. Joannes Fernandez qui vidit unum ex Nostris Professoum concionatorem damnatum, respondit: illum non perseverasse in Socte. sed de illo damnando visionem hanc contigisse, dum adhuc esset in Societate.

P. Suppenus Provincialis Lugdun: retulisse dicitur, ab eodem Fre Fer:

dinando Ponce cuidam Carthusiano
Scto revellatum fuisse: primis 100
annis neminem e Socte damnandi
qui in ea perseveraverit.

Anno Dni 1599. in Octobri Frater
Coadjutor Alphonsus Rodriguez
(cujus vitae sanctitatem oes ejus Su-
periores approbarunt) cum post
coenam gratias redderentur
clare vidit et omnes ibi praesen
tes, et omnes prorsus qui eo
tempore in Societate essent
salvos fore, si in ea perseve-
rarent.

Sctus Hieronymus narrat
se invenisse in libro Antiqui-
tatum, hos dies infelicissimos
1mam Augusti in qua Abel occisus
1mam Xbris in qua Sodoma eversa
Sctus vero Ildephonsus tres dies
quolibet anno infaustissimos ee
scribit qui omnibus cavendi st.

primo vivae vocis oraculo B. Stanislaus dictus fuit Beatus, usq. ad Clementem X. qui decessit Officium, Missam, Examen miraculorum felicissime successit. Sperantur alia duo, quae adhuc celebrari debent, coram Cardinalibus et coram Papa, qui personam sibi habet per canonizationem istius Sancti pacificandi fere Poloniam. Unum miraculum ultimum ex tredecim fuit defensum contra Promotorem Fidei alias hic dictum Sathanam Sanctorum Scripto Medici Pontificij primarij dicti Lencini, cui Pontifex examen hujusmi[illegible] [illegible] commiserat quod Beatus ope sua apud Deum effecerat, in sanatione unius Mauri sive Aethyopis qui sibi ex furore guttur praeciderat et judicatus fuit a Medico et chirurgo paucas horas victurus, propter nimium sanguinis fluxum, et per vulnus et per os, quod ... artem et Medici et chirurgi superaverat per applicationem vero reunculae B. Stanislai ... preces fidelium commendabant ne sineret perire illam animam, adhuc sine baptismo, statim fluxus sanguinis stetit et brevi coepit loqui miser, ac intra aliquot dies perfectam sanitatem recuperavit coalito vulnere. Hoc ille medicus suo scripto ostendit, verum miraculum esse 3tij ordinis ... quo ad modum sanationis, quia non poterat naturae viribus ... [illegible]

Miraculum hoc factum Romæ scriptum nervosissimum, sed aliquot spirituum.

Decretum Romanum Pro Scholis Petricoviensibus latum 1712.

Christi Nomine invocato, pro Tribunali sedentes, et solum Deum præ oculis haben tes, per hanc nrām definitivam sententiam quam de Jurisperitorum consilio, in his scri: ptis ferimus, in causa et causis quæ primo et in primo, coram Rndissimo Nuntio Polo. niæ, secundo et in secunda, seu alia versis coram nobis, versæ fuerunt et vertuntur instantijs, in RR. Pres B. Matris Dei Scholarum Piarum, Petricoviæ appellantes ex una. et Venerabilem Collegium et RR. PP. Socie tatis Jesu, ejusdem Civitatis Petricoviæ appellatos partibus, ex altera, de et super legendi jure, in Collegio Petricov. Soc. Jesu, Grammaticam, Humanitatem, Rhetori cam, Philosophiam Theologiam, aliasq. Scientias juxta eorundem PP. Soc: Jesu institu tum, rebusq. aliis in actis et processu causæ causarum hujusmodi, latius deductis; firmis tamen remanentibus decretis per nos factis; Dicimus decernimus,

declaramus, pronuntiamus, atq diffinitive Sen: tentiamus. Collegium Soc: JESU Petricoviense fuisse et esse legitime fundatum, et erectum, nullumq jus nullam, actionem competijsse neq compe tere dictis RR PP Beatæ Matris Dei Schol Piar. Petrici: ad effectum impediendi dicto Ven: Collegio et RR PP Societ. JESU ejusdem loci, docendi et respective legendi Grammaticam Humanitatem Rhetoricam Philosophiam Theologiam, aliasq scientias juxta eorum institutum, nec non etiam faciendi opera pietatis juxta praedictum eorum institutum, et proinde dictum Vener: Collegium, et RR PP. Soc JESU, Petricoviæ ab omnibus impetitis, per dictos PP B. Mris Dei Scholarum Piarum dicti loci absolvendos et liberandos fore esse, prout præsentes absolvimus et liberamus, et pro absolutis et liberatis, haberi volumus et mandamusq, perpetuumq silentium, super præmissis omnibus, eisdem PPbus Scholarum Piarum imponendum fore et esse, prout imponimus et pro impositio haberi volumus et ordinamus. Partemq victam, victrici in expensis condemnamus quarum taxationem nobis, vel cui deinde in posterum reservamus. Et iudicimus decretum, decernimus, declaramus, pronuntiamus atq diffinitive sententiamus, non solum isto sed et omni alio meliori modo. Ita pronuntiavi ego, Carolus Cerv[illegible] Locadrensis

Lata et publicata fuit supradicta sententia per acta Fatij sub die 12 Oct. 1712.

Die 11 Oct. A. C. Petro Fatij Notarij. In ci-
tatione ad instantiam Ven: Coll. Soc Jesu Petric:
ad videndum circumscribi oes recursus et gesta
facta coram Potestatibus Laicalibus adest Decretum
Eadunc Dnus circum scripsit per via nullitatis
omnia et singula gesta, et impetrata coram Pote-
statibus Laicis.
In alia citatione dicti Collegij ad videndum
manuteneri in possessione seu quasi legendi
et docendi oes Scias adest sub dicta die De-
cretum. Petijt et obtinuit ut supra.
In altera Citaone similiter ad instaam dicti
Collegij ad videndum exequi censuras, nullum
factum fuit Decretum.
Dicta die 11 8bris 1712 A. C. Petro Fatij Not.
In Citaone ad instaam PP Piar. Schol. ad viden-
dum manuteneri in possessione, seu quasi legendi
et docendi, oes Scias comparative quo ad oes
alios adest Decretum relaone facta.
Comparuit D. Matthias Constantinus Procurator
petijt et obtinuit ut supra, ex nunc Illmus Dnus
mandavit instantes manuteneri in possessione
seu quasi tenendi Scholas apertas, et docendi
oes Scias in dicto loco Petricoviae et mandatum
de manutenendo in forma concessit decrevit
et relaxavit, cumulative tamen cum dictis PP. P.
Soc. JESU Petricoviae.
Die 12 8bris Adest Sententia ad favorem PP.
Piar. Schol. in qua pronuntiatur latit bene appella-
tum a Censuris relaxatis per Auditorem [illegible]
et revocans censuras tanquam nullis relaxatis.

#

Excerptum ex Testamento Illmi Stanislai Lubomirski Palat. Crac. Regni Parentis Capitaneorum: Scepusiensis Lancutovien: et Preworscensis.

Co strony pogrzebu koło ciała mego, tak determinuię. Exenteracyi ciała zabraniam bo nato się urodziło, aby zgniło. Pomp żadnych, aby nie było, ale trzeciego dnia zaraz w trunie stary sukienney, koloru Bernardynskiego, złożone ciało wywieść prywatnie y postawić na środku Kościoła Czerniakowskiego, na iednym tylko stopniu iednakowo suknem przykrytym postawiwszy przy nim sześć świec wielkich. Toż ma bydź y podczas pogrzebu, ktory ma bydź bez kazania, y jako nayprędzey trunę marmurową czarną naśrzod grobu wystawić takę jaką dałem ciała w Korinskowcu u Fary dla S. pamięci Matki żonki moiej w ktorey teraz leży. Na co ordynuię złotych dwanaście set. Na niey nie ma bydź nic inszego napisano tylko to: Corpus peccatoris Loci hujus Fundatoris.

Na tablicy, ktorą grob zawarty ktora ma
bydz obita blachą mosiężną te słowa: Hic j
ce peccator loci hujus Fundator: Nazna-
czam przy tym, na pogrzebie moim na pię-
ć tysięcy ubogich, jako nuzny y na pamiątkę
pięci ran Chrystusa, każdemu po złotemu.
A jeśliby tego czasu tyle ubogich nie było
tedy nie odłużyć się ale zaraz resztę onym
im oddać w kilku dniach naydaley.
Mszy ss. wszystkich, po Kościołach, oprocz
pogrzebowego Kościoła, na trzy pamiątki
pięci ran Chrystusowych naznaczam
także pięć tysięcy pięć set złotych.
Odkazuję przy tym na dwunastu pięci
ubogich w Warszawie po ulicach leżą-
cych, a głod prawdziwie cierpiących.
aby każdy z nich miał na strawę po pół złotego
na dzień; Summy kapitalnej sześćdziesiąt
y pięć tysięcy złotych, na co naznaczam uor-
anuję majętności moie Dzicieka na ktorey
zapisać tę Summę, y z Dyrdami mo[...] bę-
dzie powinna JMć Pani Małżonka moja
y dozrzeć tey fundacyi aby jako nayprę-
dzey y jako naywarowniey wiecznemi czasy
ubogich dowodziła, a tym czasem aby za-
raz od śmierci moiey praca szła, tedy wy-
płacić onym loco provisionis co dzień

pul trzynasta złotego przy ktorym Kości:
le jakom namienił stolik postawiwszy na
znak tego obiqu; a jezeliby JeyMć nie ch:
ciała zbydz dzieci tedy z pozostałych Sum
te szescdziesiąt y pięć tysięcy ordynuię
na uczynienie tey fundacyi jako naywa:
żnieyszy: aby JeyMć Pani Małżonka moja
przy tym Kościele albo szpitalu, do kto.
rego się iey będzie podobało, przytoczeyi
tę fundacię postawiła stolik marmuro
wy przy Kościele, z ktoregoby się jałmu:
żny rozdawano co dzień z napisem na
nim: Mensa aeterna, quinquies quinq
Pauperum, in honorem quinq Vulne:
rum Domini pro anima peccatoris.
A przy odebraniu tey jałmużny, uklę:
knowszy maią mowić Ubodzy:
Wieczny pokoy day mu Panie.

Ex authentico Mso Dni
Chrzastowski Mareschali
Illmi Illmi Lubomirij.

Copia Literarum
Illmi et Rndissmi Joannis Malachowski Episcopi Cracoviensis ad Illmum et Rndissmum Georgium Denhoff Eppum Premisliensem in causa Societatis circa Neocentrii

Innatæ magnitudinis W M Mści Pana jest to nutrimentum, żebyś w Kościele Bożym, między Duchownemi, indissolubile animorum vinculum plantes. Abyśmy in Domo Dei ambulemus cum consensu, ut unanimes et uno ore benedicamus, Patrem Dni Nri Jesu Xri Zaczym fraterno affectu przyimuię tę propozicyą od W M Mści Pana y przypisuię to wrodzoney pobożności W M Mści Pana, że mię hominem pacis prowadzić raczysz in Templu contortia Socis Jesu Sacrosancta, od ktorey, jako żadney nie miałem, gruntowney ad aversionem okazyi. et vix venialem culpam, mogłem sobie

a R. P.re Kraszewski ViceRectore Collegij S. Piotra Krakow: prætendere, takmutuo amplexu, już to wszytko jest miedzy nami abolitum. A chociażby też lætiferum quid, ktorykolwiek z tych Swiętych Oycow, przeciwko mnie miał co: nikiery, gotow jestem ad requisitionem WM Mgo Pana pallio charitatis conte: gere. Już tedy racz WM Mść Pan mieć odemnie tę assekuracyą że nec verbo nec opere, unquam obesse chcę Sacræ Societati. I jako non occidit Sol super iracundias nostras, tak ex illa hora, facti sumus reales, et non simulati amici. Pokaże to Orbi Polono czasu swego, że amicorum ira, będą u mnie amoris redintegratione.
Co wszytko cedat in gloriam Magni Nominis WM Mgo Pana a ja stateczny y nie poruszenie zostawać obliguię się.

Excellmæ. Illmæ et Rssmæ Celsit. Vræ

Addictissimus Frater et obsequentissimus Servus
Episcopus Cracovien:

Rzecz uwagi godna
znaleziona w szkatule sekretny
po śmierci sławney pamięci Króla
Stefana. Anno 1586.

Summa wsi w Koronie Polskiey 1577.
Królewskich z Starostwami y Szla:
chty wszytko w Koronie wsi 90 tysięcy
Biskupi, Kanoniccy maią wsi 100 ty:
sięcy y 10.
Plebani y Mniszy 60 tysięcy 500 y 10
A kiedyby w każdey wsi, ich było 10 kmieci
a każdyby dał po 10 groszy tedyby sum:
ma uczyniła na trzykroć sto tysięcy 70
y 8. tysięcy złotych 300 y 30 gro: 10.
Za tym gdzieby przyszło na Koronę
potrzeba tedyby ze wszytkich wsi Kró:
lewskich szlacheckich y Duchownych
tylko po jednemu człowieku wyprawu:
iąc byłoby ludzi po dwa kroć sto tysięcy
60 tysięcy 500 y 60 człowieka okrom
Miast y Miasteczek.

Status Collegij Bresten: Soc. JESU.

Ex provisionibus Census Mgi D. Osowski fl. — — — 1260.

Item in debitis fl. 2300.

Pagus Luszki cum prædio

Pagus Borchnowice

Pagus Fanatinovum cum prædio

Derewnia Ponikwy Petczyce

Adamkow Moszkowice

Zamosze Maciejowice Menelice

Pro Musica 4. millia

Pro Bibliotheca 1000 Item 300

Pro Vestiariis 800 a Dnā Bzowska

Pro purgantibus Templū fl. 200

Pro pane et vino ad Missam fl. 2000.

Apud Judæos Brestenses in censu habet Collegium fl. 7500.

Laureto 31 Xbris 1713.

Imperator Chinarum in gravem morbum inciderat et quidem talem ut Medici ipsius non auderent adhibere remedia, unde Imperatori suaserunt, ut si vellet sana fieri Europaeorum opera contra infirmitatem suam uteretur. Imperator tradidit se curae cuiusdam Nostri Fratris Coadjutoris Apothecarii usuque remedijs ab ipso praescriptis brevi convaluit.

Hinc in signum gratitudinis Templum se dignum pro Nostris aedificavit cum sequentibus Inscriptionibus a se compositis.

In Frontispicio Templi sunt verba sequentia.

Rerum omnium Principium.

In Una Columna: Est infinite bonus et infinite justus illuminat gubernat omnia cum suprema authoritate et justitia

In 2da Columna: Nullum habuit initium et nullum habebit finem, produxit omnia ab initio ipse est qui omnia gubernat qui omnium verus est Dominus.

Nostris autem Patribus scripsit Epistolam suo affectu erga illos plenam, dicit in illa quod illos fuerit expertus fideles semper et quod deinceps eorum opera uti oportet.

P.P. Dominicani qui sunt in Synis iuramentum prestiterunt de observanda doctrina Patris nostri Riccij circa Ritus Synenses.
